



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

44. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Item de eadem re. *Ex Capit. Ludouvici capit. v.*

X L I. Ne verò Ecclesiæ Presbyteris commissæ in restauratione aut in luminaribus juxta possibilitatem rerum ab illis neglegantur vestra nihilominus invigilare debet solertia. Et sicut alios prohibetis ne de mansis ad Ecclesiæ luminaria datis aliquid accipient, sic & vos & vestri Archidiaconi de eisdem mansis nihil accipiendo, aliis exemplum præbeat. Sed potius ad id ad quod data sunt servire concedantur; ut totum, sicut dictum est, in restauratione Ecclesiarum & luminaribus vestra auctoritate & studio cedere possit.

De decimis. *Cap. CLXII.*

X L II. Ut decimæ in potestate Episcopi Lib. i. Capitular. c. 149. fint, qualiter à Presbyteris dissipentur.

De eadem re. *Ex cap. CLVII.*

X L III. Ut qui Ecclesiarum beneficia habent, nonam & decimam ex eis Ecclesiæ cuius res sunt donent. & qui tale beneficium habent, ad medietatem laborent, & de eorum portione proprio Presbytero decimas donent. Lib. i. Capitular. c. 163.

De eadem re.

X L IV. Novalia rura, quæ juxta cultos agros fiunt, Ecclesiæ antiquè decimentur. Et si ultra millaria quatuor vel quinque in saltu quælibet digna persona aliquod novale collaboraverit, ibidemque cum sui Episcopi consensu Ecclesiam construxerit, post consecra-

tionem Ecclesiæ provideat Presbyterum, ejusque conductu de eodem elaboratu decimas eidem Ecclesiæ conferat. [Caput istud non extat in codice MS. Reginonis.]

Item de nonis & decimis. *Ex eodem,*  
*cap. xxxvi.*

Concil. Cabio. 2. c. 19.  
Lib. 2. Capi. monitiones & prædicationes sacerdotum dare  
tular. c. 38. **X LV.** Qui decimas post creberrimas ad-  
neglexerint, excommunicentur. Juramento  
verò eos constringi nolumus, propter pericu-  
lum perjurij.

Item de nonis & decimis. *Ex eodem,*  
*cap. xxii.*

Lib. 2. Capi-  
tular. c. 21. **X LV I.** De nonis quidem & decimis, unde  
& genitor noster & nos frequenter & in diver-  
sis placitis admonitionem fecimus, & per Ca-  
pitularia nostra qualiter hæc obseruentur or-  
dinavimus, volumus atque jubemus ut de  
omni collaboratu & de vino & foeno fideliter  
& pleniter ab omnibus nona & decima per-  
solvatur. De nutrimente verò pro decima, sicut  
haec tenus consuetudo fuit, ab omnibus obser-  
vetur. Si quis tamen Episcoporum fuerit qui  
argentum pro hoc accipere velit, in sua pote-  
state maneat, juxta quod ei & illi qui hoc per-  
solvere debet convenerit.

Item de nonis & decimis. *Ex eodem,*  
*cap. v. lib. v.*

Lib. 5. Capi-  
tular. c. 145. **X LV II.** De his qui nonas & decimas  
jam per multos annos aut ex parte aut ex toto  
dare neglexerunt, volumus ut per Missos  
nostros